in qua dictum eſt conceptus
eſt homo Reſponſorium
Si bona ſuſcepimus de ma
nu domini mala autem qua
re non ſuſtineamus Domi-
nus dedit dominus abſtulit
ſicut domino placuit ita fa-
ctum eſt ſit nomē domini be
nedictum ℣ Nudus egreſ
ſus ſum ex vtero matris mee
nudus reuertar illuc Dñs.
℞. Anteq̄ comedā ſuſpiro
⁊ tanq̄ inundātis aque ſic
rugitus meus q: timor quē
timebam euenit michi ⁊ qđ
verebar accidit; Nonne diſſi
milaui Nōne ſilui ⁊ iam q̄e
ui ⁊ venit ſuper me indigna
tio tua domine. ℣. Ecce non
eſt axilium mihi in me ⁊ ne
ceſſarij quoq; mei receſſerūt
a me. Nonne ℞ Utinā ap
penderentur peccata mea q̄
bus iram merui Et calami
tas quā patior in ſtatera ℣
Quaſi arena maris hec gra
uior apparet: vñ ⁊ ꝟba mea
dolore ſunt plena Et. ℞
Quare detraxiſtis ſermoni
bus veritatis ad increpādū
verba cōponitis ⁊ ſubuerte-

re nitimini amicum veſtrū: Uerumtamen que cogitaſtis explete Quod iuſtum eſt iudicate ꝛ non inuenietis i lingua mea iniquitatem Ue.
℟ Induta eſt caro mea putredine ꝛ ſordibus pulueris cutis mea aruit ꝛ contracta eſt Memento mei domine quoniam ventus eſt vita mea
℣ Dies mei ſicut vmbra declinauerunt ꝛ ego ſicut fenū arui. Memento ℟ Memēto mei dn̄e q: vētus eſt vita mea Nec aſpiciat me viſus hominis ℣ Cutis mea aruit ꝛ contracta eſt ꝛ nō reuertetur oculus meus vt videat bona Nec aſpiciat

Reſponſorium

Paucitas dierum meorum finitur breui. dimitte me domine ſine plangam paululū dolorē meū. Anteq̄ʒ vadam ad terram tenebroſam ꝛ optam mortis caligine ℣ Ecce in puluere ſedeo ꝛ in puluere dormio ꝛ ſi mane me q̄ſieris non ſubſiſtam An̄q̄ʒ
℟ Ne abſcondas me domine a facie tua manū tuā longe fac a me Et formido tua non me terreat. ℣ Uoca me ꝛ ego reſpōdebo tibi. aut certe loquar ꝛ tu reſponde mihi Et formido ℟ Nocte os meum perforatur doloribus ꝛ qui me comedunt non dormiunt a multitudine eorūʒ conſumitur veſtimentū meū Compatus ſum luto ꝛ aſſimilatus ſum fauille ꝛ cineri ℣. O cuſtos hominū quare me poſuiſti contrariū tibi ꝛ factus ſum mihimetipſi grauis parce mihi domine nihil enim ſunt dies mei Cōpatus ſum ℟ Nunq̄d dn̄s ſupplātat iudicium aut omnipotens ſubuertit quod iuſtum eſt libera me dn̄e ꝛ pone me iuxta te Et cuius vis manus pugnet contra me.
verſus Apprehende arma ꝛ ſcutum ꝛ exurge in adiutorium mihi Et cuius vis manus pugnet ℟. Quis mihi tribuat vt in inferno ꝓtegas me ꝛ abſcondas me donec ꝑtrāſeat furor tu⁹ dn̄e.

Niſi tu q̄ ſolus eſt deus ꝛ cō
ſtituas mihi tempꝰ in q̄ r̄cor
deris mei ℣. Quis det vt ve
niat petitio mea ꝛ qđ expec-
to tribuat mihi deꝰ Niſi ℟.
Scio dn̄e qꝛ morti me tradi
turus es vbi cōſtituta ē ois
domꝰ viuētiū ſpero i te dn̄e
qm̄ non ad cōſumptionē me
am emittis manū tuā ꝛ ſi in
ꝓfundū inferni dimerſus fu
ero Jnde me liberabis. ℣ Si
aſcēdero in celū tu illic es. ſi
deſcendero ad infernū Jnde
℟. Nonne cognoſcit deus
vias meas ꝛ cūctos greſſus
meos dinumerat q̄ ſi ambu
lauero in vanitate aut feſtia
uit i dolo pes meꝰ appendat
me in ſtatera iuſta Et ꝓbet
d̄s innocētiā meā. ℣. Quis
det vt veniat petitio mea et
qđ expecto tribuat mihi deꝰ
℟. Jnclinans faciē meam
ingemiſco cōmouebor omni
bus mēbris meis Scio eniȝ
dn̄e qꝛ impunitū non me di
mittꝭ ꝛ ſi ſum impiꝰ q̄re non
ſuȝ mortuꝰ ſȝ laboro. ℣. Que
ē eīm fortitudo mea vt ſuſti-
neā aut quis finis meꝰ vt pa
tienter agā Scio. ℟. Deſide
riū meū omīps audi ꝛ tribue
mihi auditorem q̄ eq̄tate ꝓ
ponat ꝯtra me Ut peruēiat
ad victoriā iudiciū meū ℣.
Nolo multa fortitudine cō-
tendat mecum nec magnitu
dinis ſue mole me p̄mat eq-
tatē ꝓponat ꝯtra me Ut. ℟.
Verſa eſt in luctuȝ cithara
mea ꝛ organū meū in voceȝ
flētiū Parce mihi dn̄e nihil
eī ſunt dies mei. ℣. O cuſtos
hoīm q̄re me poſuiſti cōtra-
riū tibi ꝛ factꝰ ſum mihimet
ipſi grauis Parce. ℟. Ade
ſto dolori meo deus nimiuȝ
fatigor ꝛ cecidit in luctū cy-
thara mea ꝛ cāticū meū Jn
ploratōnem. ℣. Uerſa ē in lu
ctū cythara mea ꝛ organum
meū Jn. ℟ Auditu auris
audiui te dn̄e nūc autem o-
culus meus videt te Jdcirco
ip̄e me rep̄hendo ꝛ ago pe-
nitētiā in fauilla ꝛ cinere. ℣.
Unū locutus ſum qđ vtinā
non dixiſſem ꝛ alterū q̄bus
vltra ~~nihil~~ addam ſȝ ponaȝ
non

digitū ori meo Ideir. ℞.
Qui cōſolabatur me receſſit
a me q̄ro qͦ volui ⁊ nō inue
nio fūdūt ocli mei lacrimas
Quia repletꝰ ſuz amaritudi
ne. ℣. Fletum deduxerīt oculi
mei ⁊ palpebras meas coop
uit vmbra morꝭ. Quia.
Lōc. pma iob L. pma
Vir erāt in terra hus
noīe iob Et erat vir
ille ſimplex ⁊ rectus
ac timēs deū ⁊ recedēs a ma
lo Natiqꝫ ſunt ei ſeptē filij ⁊
tres filie Et fuit poſſeſſio eiꝰ
ſeptem milia ouiū ⁊ tria mi
lia cameloꝝ Quingēta quo-
qꝫ iuga boum ⁊ qngēte azine
ac familia multa nimis Tu
Eratqꝫ vir Lcō ſecūda
ille magnus inter oēs orīēta
les Et ibāt filij eiꝰ ⁊ faciebāt
ꝯuiuia p domos vnuſqſꝫ in
die ſuo ⁊ mittētes vocabant
tres ſorores ſuas vt comede
rent ⁊ biberent cū eis Tu
Cumqꝫ in orbē Lcō. iij.
tranſiſſent dies cōuiuij mit-
tebat ad eos iob ⁊ ſāctifica-
bat illos. Cōſurgēſqꝫ dilucu
lo offerebat holocauſta p ſin
gulos dies Dicebat eiꝰ Ne for
te peccauerint filij mei ⁊ bn̄
dixerint dō in cordibus ſuis
Sic faciebat iob cūctis die-
bus Lcō q̄rta
Quadam āt die cū veniſ
ſent filij dī vt aſſiſterēt
coraꝫ dn̄o affuit inter eos et
ſathan Cui dixit dn̄s Vn̄ve
nis Cui rn̄dēs ait Circuiui
terrā ⁊ pambulaui eā Dixit
qꝫ dn̄s ad eū. Nunqd ꝯſide
raſti ſeruū meū iob qꝫ nō ſit
ſilis ei in terra hō ſimplex ⁊
rcūs⁊ timēs deū ac recedēs a
malo Tu Lcō quinta
Cui rn̄dens ſathan ait Nū
quid fruſtra timet iob deuꝫ
Nonne tu vallaſti eum ⁊ do
mum eius vniuerſamqꝫ ſub
ſtātiā eiꝰ p circuitū Opibus
manuū eiꝰ bn̄dixiſti ⁊ poſſeſ
ſio illiꝰ creuit in terra Sꝫ ex
tēde pauliſp manū tuā ⁊ tā
ge cūcta q̄ poſſidet niſi in fa
cie tua bn̄dixerit tibi L. vi.
Dixit quoqꝫ dn̄s ad ſathan
Ecce vniuerſa q̄ habet i ma
nu tua ſunt tm̄ in eū nō extē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tendes manū tuā̄m. Egreſſuſ qꝫ eſt ſathan a facie dn̄i. cuꝫ aūt quadā die filij ꝛ filie ei⁹ comederēt ꝛ biberent vinuꝫ in domo fr̄is ſui primogeni ti. nuncius venit ad iob q di ceret Boues arabāt ꝛ azine paſcebant iuxta eos ꝛ irrue rūt ſabei tuleruntqꝫ oia nec nō ꝛ pueros pcuſſert gladio ꝛ euaſi ego ſolus vt nūciarē tibi Per ebdomadam.

Lectio prima.

Tunc ſurrexit iob ꝛ ſci- dit veſtimēta ſua ꝛ tonſo ca pite corruens in terrā adora uit ꝛ dixit Nud⁹ egreſſus ſuꝫ de vtero m̄ris mee nudus re uertar illuc Dn̄s dedit dn̄s abſtulit. ſic dn̄o placuit ita factū eſt ſit nomē dn̄i bn̄dic tum. In oibus his nō pecca uit iob labijs ſuis neqꝫ ſtul- tū aliqd ꝯ deū locut⁹ ē. R. ij

Factum eſt aūt die qdā cū vēiſſent filij dei ꝛ aſtarēt co ram dn̄o veniſſet qꝫ ſathan inter eos ꝛ ſtaret in cōſpectu eius vt diceret dn̄s ad ſathā Unde venis Qui rn̄dens ait circuiui terrā ꝛ pambulaui Et dixit dn̄s Leā Tu. R. iij ad ſathan Nūquid ꝯſidera ſti ſeruū meū iob qꝫ nō ſit ſi milis ei in tra vir ſimplex et rcūs ac timēs deū ꝛ recedēs a malo ꝛ adhuc retinens in nocentiā Tu ātꝯmouiſti me aduerſum eū vt affligeret eū fruſtra Cui rn̄dēs ſathā ait Pellē p pelle. ꝛ cūcta q̄ habꝫ homo dab^t p aia ſua.

Nōc. ſcd̄a Lectio pma

Igit audiētes tres a mici iob oīe malū qd accidiſſꝫ ei vene runt ſinguli de loco ſuo Heli phas themaites et baldath ſuites ꝛ ſophar naamatites ꝯdixerāt eī ſibi vt parit ve nientes viſitarēt eū ꝛ conſo- larentur Lcō ſecunda

Cumqꝫ eleuaſſent procul o culos ſuos nō ꝯgnouerūt eū Et exclamātes plorauert ſciſ ſiſqꝫ veſtibus ſparſerūt pul- uerē ſup caput ſuū in celum Sederūtqꝫ cū eo in terra ſe- ptem dieb⁹ ꝛ ſeptē noctibus et nemo loquebat eixbū Ui

debãnt eñ dolorē eſſe vehe-
mentem ꝶu Lcõ tcia.

POſt hec apuit iob os ſuū
ꝛ maledixit diei ſuo ꝛ dixit
ē. Pereat dies in q̄ natᵒſum
ꝛ nox in q̄ dcm̄ eſt ꝯceptus ē
homo Dies illa vtat in tene
bras.non requirat eum deus
deſup.ꝛ nõ ſit in recordatõe
ꝛ non illuſtret lumine.

O Lectio quarta
Obſcurent eū tenebre et
vmbra mortis Occupet euꝫ
caligo ꝛ inuoluat amaritu-
dine Nocteꝫ illã tenebroſus
turbo poſſideat nõ ꝯputetur
in diebus anni nec numeret
ĩ mēſibᵒ Sit nox illa ſolitari
a nec laude digna L.v.

MAledicãt ei q̄ maledicũt
diei.qui pati ſunt ſuſcitar le
uiathan Obtenebrẽt ſtelle ca
ligine eiᵒexpectet lucē ꝛ non
videat.nec ortū ſurgētis au-
rore qꝛ nõ ꝯcluſit oſtia vētrꝫ
qui portauit me nec abſtulit
mala ab ocul meis L.vj.

Quare nõ in vulua mortuᵒ
ſum egreſſus ex vtero nõ ſta
tim perij Quare exceptᵒ ge-
nibᵒ Cur lactatᵒ vberibus.
Nūc ei dormiēs ſilerē ꝛ ſom
no meo requieſcerē cum re-
gibᵒꝛ ꝯſulibᵒterre q edificãt
ſibi ſolitudines Aut cū prin
cipibus q poſſident aurū et
replent domos ſuas argento
Aut ſicut abortiuū abſcõdi
tum non ſubſiſterē vel q̄ con
cepti nõ viderũt lucem

R Per ebdõm Lcõ pma
Eſpõdēs iob dixit Uti
nã appenderent pccã mea q̄
bus iraꝫ merui.ꝛ calamitas
quam patior in ſtatera q̄ſi a
rena maris hec grauior ap-
pareret Uñ ꝛvba mea dolo
re ſunt plena.qꝛ ſagitte dñi
in me ſunt quarum indigna
tio ebibit ſpm̄ meum ꝛ terro
res dñi militant ꝯtra me

Nunqd rugiet Lcõ ſcõa
onager cum habuerit herbã
Aut mugiet bos cum ante p̄
ſepe plenum ſteterit. Aut po
terit comedi inſulſum quod
non eſt ſale conditum Aut
põt aliquis guſtare quod gu
ſtatū affert mortem Aie eñ
eſurienti.etiaꝫ amara dulcia

eſſe videtur Tu R.iij.
Que prius tangere nolebat aia mea nūc p̄ anguſtia cibi mei ſunt Quis det vt veniat petitio mea ⁊ qd̄ expecto tribuat mihi deus ⁊ q cepit ipſe me pterat ſoluat manū ſuā ⁊ ſuccidat me. Et hec mihi ſit ꝯſolatio vt affligēs me dolore nō pcat nec ꝯtradicā ſermonibus ſancti Nōc tercia

Lectio prima.

Qui tollit ab amico ſuo miām timorē domini dereliqt Fres mei pteri erūt me ſicut torrēs q raptim tranſit in ꝯuallib⁹ Qui timent pruinā irruet ſup eos nix tēpore q fuerint diſſipati peribūt ⁊ vt incaluerint ſoluētur de loco ſuo Lcō ſcd̄a

Inuolute ſunt ſemite greſſuū eoꝝ āmbulabūt in vacuū ⁊ pibūt Cōſiderate ſemitas theman itinera ſaba ⁊ expectate pauliſp Cōfuſi ſunt q: ſpaui. venerūt q̄ᷓ vſqꝫ ad me ⁊ pudore coopti ſunt R.iij.
Nunc veniſtis ⁊ mō videntes plagas meas timeꝭ Nūqd dixi. Afferte mihi ⁊ d̄ ſbã vrã dōte mihi vel libate me de manu hoſtis de manu robuſtoꝝ eruite me Docete me ⁊ ego tacebo ⁊ ſi qd forte ignoraui inſtruite me L iiij

Quare detraxiſtī ſmonibus xitatis cum e vob nullus ſit q poſſit me arguē Ad increpandū tm̄ eloquia cōponitis ⁊ in vētū verba pfertis Sup pupillū irruiſtis ⁊ ſubuertere nitimini amicū vrm̄ Uerumtamē qd̄ cepiſtī explete L.qnta

Prebete aurē ⁊ videte an mētiar Rn̄dete obſecro abſq; cōtentione ⁊ loquētes id qd̄ iuſtū eſt iudicate ⁊ non inuenietis in lingua mea iniqtatē. nec in faucibus meis ſtulticia ꝯſonabit Tu L.vi.

Milicia eſt vita hois ſup terrā. ⁊ ſicut dies mercenarij dies eius Sicut ceruus deſiderat vmbrā ⁊ ſicut mercenarius preſtolaꝛ finem opis ſui ſic ⁊ ego habui menſes vacuos ⁊ noctes laborioſas enumeraui mihi. Si dormiero

Cum ꝟo fcūs eēt vir accepit vxoꝛē annā de tribu ſua genuitqꝫ ex ea filiū nomē ſuuꝫ imponēs ei quē ab infantia deū timere docuit ⁊ abſtinē ab ōni pctō. Lcō quarta.

Igitur cū p captiuitatē deueniſſet cū vxoꝛe ſua ⁊ filio in ciuitatē niniue cuꝫ ōni tribu ſua ⁊ oēs ederēt ō cibis gentiliū iſte cuſtodiuit aiām ſuā ⁊ nūq̄ꝫ ꝯtamiatꝰē eſcis eoꝝ. Lcō quinta

Et qm̄ meōꝛ fuit dn̄i i toto coꝛde ſuo dedit illi dn̄s ḡtiā in cōſpcū ſalmanaſar regis ⁊ dedit ei ptātem q̄cūqꝫ vellet ire hn̄s ptātē q̄cūqꝫ facē voluiſſet. Pergebat em̄ p oēs q̄ erāt in captitate ⁊ monitaſaluꝫ dabat eis Lu.l'.vj

Cum āt veniſſet i rages ciuitatē medoꝝ ⁊ ex his q̄bus honoꝛatꝰ fuēat a r̄ge habuiſſet decē talēta argēti ⁊ cum ml'ta ꝟba gn̄is ſui gabelū gētē videret q erat ex tribu ſua ſb cyꝛoḡpho dedit illi meōꝛatū pōdus argēti. Lu Per ebdomadā Lcō pma

Anna ꝟo vxoꝛ eꝰibat ad textrinū opꝰ cotidie ⁊ de laboꝛe manuū ſuaꝝ victū quē cōſeq poterat deferebat. Un̄ fcm̄ ē vt hedū capraꝝ accipiens detuliſſet domi. L ſcōa

Cuius cū vocē balātꝫ vir eiꝰ audiſſet. Dixit videte ne furtiuꝰ ſit ſꝫ reddite eū dn̄is ſuis q: nō licet nob aut ederē ex furto aliqd aut cōtingere Ad hec vxoꝛ eiꝰ irata r̄ndit. Manifeſte iā vana fcā ē ſpes tua ⁊ cleōſine tue mō pierūt atqꝫ his ⁊ alijs huiuſcemōi ꝟbis exꝓꝛobꝛabat ei L 3ª

Tunc thobias ingemuit ⁊ cepit oꝛare cū lacrimis dicēs. Iuſtꝰes dn̄e ⁊ oīa iudicia tua iuſta ſūt ⁊ oēs vie tue mīa ⁊ ꝟitas ⁊ iudiciū Et tu dn̄e meōꝛ eſto mei ne vidcāꝫ ſumas ō pctis meis. neqꝫ remiſcarꝫ ōlica mea vel pentū meoꝝ qm̄ nō obediuimꝰmādatꝫ tuis. D. ebdōꝫ. L.j.

Igitur cū thobias putaret oꝛōem ſuā exaudiri.vt moꝛi potuiſſet vocauit ad ſe thobiā filiū ſuū dixitqꝫ. Audi fili mi verba oꝛis mei : et ea in coꝛde tuo quaſi fundamē

ta conſtitue. Cū acceperit de
us aiam meam corp⁹meū ſe
peli. ꝛ honorē habebis matri
tue oībus diebus vite ei⁹ Tu
Memor em̄ eē    Lcō ſcḋa
debes q̄ ꝛ quāta pericula ſit
paſſa ꝓpter te i vtero ſuo Cū
aūt ꝛ ipa ꝯpleuerit temp⁹ vi
te ſue ſepilies eam circa me.
Omnib⁹ aūt dieb⁹ vite tue i
mēte habeto dn̄m ꝛ caue ne
qn̄ pctō ꝯſentias ꝛ p̄cepta dī
nr̄i pretermittas    L. iij.
Ex ſubſtātia tua fac elemo
ſinam ꝛ noli auertere facieȝ
tuā ab vllo paupere Ita em̄
fiet. vt nec a te auertatur fa-
cies dn̄i Quomodo potueris
ita eſto mīors Si tibi mul-
tū fuerit habundāter tribue
ſi exiguum fuerit etiā exiguū
libenter imptiri ſtude
De hyſtoria iudith Ad mḡt
an̄. ſabbatis ꝛ p ebdōm
Adonay domine d
us magne ꝛ mira
bilis q dediſti ſalu
tē in manu femie
exaudi p̄ces ſeruoꝝ tuoꝝ ℞
Adonay dn̄e deus magne et
mirabilis q dediſti ſalutē in
manu femine Exaudi p̄ces ſ
uoꝝ tuoꝝ. ℣. Bn̄dict⁹ es dn̄e
qui nō derelinquis p̄ſumētes
de te: ꝛ de ſua ꝟtute glorian
tes humilias Ex ℞. Dn̄ator
dn̄e celoꝝ ꝛ t̄re creator aqrū
rex vniuerſe creature tue Ex
audi orōnem ſeruorū tuorū
℣. Tu dn̄e cui humiliū ſemp
ꝛ manſuetorū placuit orō.
Ex ℞. Uos qui in turribus
eſtis aperite portas dn̄s om
nipotēs fecit ꝟtutē Et victo
riam dedit de inimicis nr̄is
℣. Laudate dn̄m deū nr̄m q
nō deſeruit ſperātes in ſe. Et
℞ Dn̄e ds q cōteris bella ab
initio eleua brachiū tuū ſup
gentes. que cogitant ſeruis
tuis mala Et dextera tua glo
rificet i nobis. ℣. Dirige bra
chiū tuū ſicut ab inicio ꝛ al
lide ꝟtutē eoꝝ. ℞. Recorda
re mei dn̄e oīpotentatui do-
mināns da ſmonē rectū ꝛ be
neſonantē in os meū vt pla
ceāt ꝟba mea in ꝯſpectu p̄n
cipis euerte cor eius in odiū
repugnantiū nobis. ꝛ in eos

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dicam qñ ꝯſurgam ⁊ rurſuꝫ expectabo veſpaꝫ ⁊ replebor doloꝛib⁹ vſqꝫ ad tñbꝛas. Lu.

Incipit hyſtoꝛia thobie Sequētes añe dñr ſabbatis ⁊ infra ebdomadā añ

Ingreſſus raphael archāgelus ad thobiam ſalutauit eū dicens: gaudiū tibi ſp ſit. cui thobias ait. q̈le gaudiū mihi erit qui in tenebꝛis ſedeo ⁊ lumē celi non video. cui angelus ait. foꝛti animo eſto in ꝓximo eſt vt a deo curerꝭ. ã. Memoꝛ eſto fili qm̄ pauperem vitam gerim⁹ habebis multa ſi timueris deū ã Omni tpe benedic deum ⁊ pete ab eo vt vias tuas dirigat ⁊ omni tpe cōſilia tua in ipſo ꝑmaneant añ Ne reminiſcaris dñe delicta mea vel parētum meoꝛū: neqꝫ vindictaꝫ ſumas de pccis meis. ℞. Peto domine vt de vinc̄ls improperiȷ̄ hui⁹ abſoluas me aut certe deſup terram eripias me Ne reminiſcaris delicta mea vel parētū meoꝝ neqꝫ vindictā ſumas de pccis meis q: eruis ſuſtinētes te dñe. ℣. Oia iudicia tua iuſta ſunt ⁊ oēs vie tue miſericoꝛdia ⁊ ꝟitas ⁊ nunc dñe memēto mei Ne. ℞. Omni tpe benedic deū ⁊ pete ab eo vt vias tuas dirigat Et oi tempoꝛe ꝯſilia tua in ipo ꝑmaneant. ℣. Memoꝛ eſto fili qm̄ pauperē vitā gerimus habebis multa bona ſi timueris deū. ℞. Memoꝛ eſto fili qm̄ pauperē vitā geri⁹ Habebis mlt̄a bona ſi timuerꝭ dū ℣. Fiducia magna erit coꝛaꝫ ſummo deo elemoſina oib⁹ q faciūt eā. Habebis ℞. Sufficiebat nobis pauptas nr̄a vt diuicie ꝯputarent nū qꝫ fuiſſꝫ pecunia iſta ꝓ q̄ miſiſti filiū nr̄m. Baculū ſenectutis nr̄e. ℣. Heu me fili mi vt quid te miſimus ꝑegrinari lumē oculoꝝ nr̄oꝝ. Ba. ℞. Bn̄dicite deū celi ⁊ coꝛaꝫ oibus viuentibus ꝯfitemini ei. Quia fecit vobiſcū mīam ſuā. ℣. Tempus eſt vt reuertar ad eū q me miſit vos āt

bn̄dicite deū. Quia. ℟. Tē pus ē vt reuertar ad eū qui me miſit. Uos aūt bn̄dicite deū ⁊ narrate oīa mirabilia eius. ℣. Cōfitemini ei coram omnibus viuentibus q: fec vobiſcum miſericordiā ſuā. Uos. ℟. Tribulationes ciuitatū audiuim⁹ quas paſſe ſunt ⁊ defecim⁹ timor ⁊ ebetudo mentis cecidit ſup nos ⁊ ſuper liberos noſtros ipſi mōtes nolūt recipere fugam nr̄am. Dn̄e miſerē. ℣. Peccauim⁹ cū pr̄ibus nr̄is iniuſte egim⁹ iniquitatē fecimus Dn̄e. ℟. Nos aliū deū neſcim⁹ pter dn̄m in q̄ ſpam⁹. Qui nō deſpiciet nos nec amouet ſalutē ſuā a gn̄e nr̄o. ℣. Dominū deū celi colim⁹ ⁊ illi ſoli ſeruie⁹ Qui ℟. Bn̄dixit te dn̄s in ꝟtute ſua qui per te ad nihilū redegit inimicos noſtros. Ut non deficiat laus tua de ore hominū ℣. Benedictus dn̄s q creauit celū ⁊ terraꝫ quia hodie nomen tuum ita magnificatum eſt. Ut non

De hyſtoria thobie. L. p.ᵃ

Thobias ex tribu ⁊ ciuitate neptalim que ē in ſupioribus galilee ſup naaſon poſt viā q̄ ducit ad occidenteꝫ in ſiniſtris habens ciuitatē ſepher cū captus eſſet in diebus ſalmanaꝫar regis aſſyrioꝝ in captiuitate tn̄ poſitus tn̄ viā veritatis nō deſeruit ita vt ōnia q̄ habere poterat cotidie cōcaptiuis fratribus q erāt ex ei⁹ gn̄e impertiret. L. ſecūda.

Cumqꝫ eēt iunior ōnibus i tribu neptalim. nihil tamē puerile geſſit in ope. Deniqꝫ dū irēt oēs ad vitulos aureos q̄s fecerat iheroboaꝫ rex iſrael. hic ſolus fugiebat conſortia oiū ⁊ pgebat in iheruſaleꝫ ad tēplū dn̄i ⁊ ibi adorabat dn̄m deū iſrael. Oia pmitiua ſua ⁊ decimas ſuas fideliꝰ offerens ita vt in tcio āno p ſelitis ⁊ aduenis miniſtraret ōnem decimationē Tu autem L. tercia.

Hec ⁊ his ſimilia ſcōm legē dei puerulus obſeruabat

qui ꝯſentiūt eis. Nos autē li
bera in manu tua deꝰ nr̄ ieſ
nū ℣. Cadat ꝑtꝰ eoꝝ in ira
cūdia tua q̇ ꝓmittūt ſe vio
lare ſcā tua Nos. ℟. Lauda
te dn̄m deū nr̄m Qui nō de
ſeruit ſperātes in ſe ⁊ in me
adimpleuit miām ſuaꝫ quā
ꝓmiſerat domui iſrael ℣
Laudate dn̄m oēs gētes et
collaudate eū oēs ppl̄i Qui
De hyſtoria heſter Ad. M. ā
Sabbato ⁊ ifra ebdōm
Domine rex omp̄s i di
tione tua cūcta ſunt poſita
⁊ nō ē qui poſſit reſiſtere vo
luntati tue ℟. Dn̄e rex op̄s
in ditione tua cūcta ſunt po
ſita ⁊ nō ē q poſſit reſiſtere
volūtati tue Libera nos ꝓp
ter nomē tuū ℣. Exaudi orō
nē nrām ⁊ ꝯuerte luctū nr̄ꝫ
i gaudiū Libera ℟. Con
forta me rex ſcōrū p̄ncipatū
tenēs ⁊ da ſmonē rcm̄ ⁊ bn̄
ſonātē in os meū ℣. Da no
bis domine locū p̄nie: et ne
claudas ora canētiū te Et
da ℟. Spem in aliū nūq̄ꝫ
habui p̄ter i te deꝰ iſrl̄ Qui

iraſceris ⁊ ꝓpicius eris ⁊ ō
nia pccā hoim̄ in tribulacio
ne dimittis ℣. Dn̄e deꝰ celi ⁊
terre r̄ſpice ad hūilitatē me
ā Qui De iudith. R. p̄ma
Iudith ingreſſa ē
oratoriū ſuū et in
duens ſe cilitio po
ſuit cinerē ſup ca
put ſuū ⁊ ꝓſternens ſe dn̄o
clamauit ad dn̄ꝫ dicēs. Dn̄e
deus p̄ris mei ſymeō qui de
diſti illi gladiū in defenſiōe
alienigenarū qui violatores
extiterūt in coinquinatione
⁊ denudauerūt femur ꝑgis
in cōfuſione ⁊ dediſti mulie
res eoꝝ i p̄dam ⁊ filios eoꝝ
in captiuitatē ⁊ oēm p̄dā in
diuiſionē ſeruis tuis q̇ zela-
uerūt zelū tuū ſbueni queſo
te dn̄e deꝰ mihi vidue R. ii.
Que cum feciſti p̄ora ⁊ illa
pꝰ illa cogitaſti ⁊ h̄ fcm̄ ē qḋ
ipe voluiſti Dn̄s em̄ vie tu
e pate ſunt ⁊ iuditia tua i ꝓ
nidētia tua poſuiſti Reſpice
caſtra aſſirioꝝ nūc ſicut caſ-
tra egiptioꝝ videre dignatꝰ
es qn̄ pꝰſuos tuos ~~arāti~~ armati cur

rebant ↄfidētes in quadrigꝫ ⁊ eqtatu ſuo ⁊ in multitudiē bellatoꝝū Lcō tercia
Sicut aſpexiſti ſup caſtra eoꝝ ⁊ tenebꝛe fatigauerunt eos tenuit pedes eoꝝ abiſſus ⁊ aq̄ operuerūt eos ſic fiant Et iſti dn̄e q̄ ↄfidūt in multitudine ſua ⁊ in curribꝰ ſuis ⁊ cōctis ⁊ in ſcutꝫ ⁊ in ſagitꝫ ſuis ⁊ in lāceis glꝛanł ⁊ neſciunt q: tu ipſe es deus nr̄ q ↄterꝫ bella ab initio ⁊ dn̄s nomen eſt tibi Lcō.iiij.
Erige bꝛachiū tuū ſicut ab initio ⁊ allide ꝟtutē eoꝝū in virtute tua Cadat ꝟtus eoꝝum in iracūdia tua q ſe ꝓmittūt violaꝛ ſancta tua ⁊ polluere tabernaculū nois tui ⁊ deijcere gladio ſuo coꝛnu altaris tui Fac dn̄e vt gladio ſuo ꝓpꝛio eiꝰ ſupbia amputetur capiatur laqueo oculoꝝū ſuoꝝ in me ⁊ pcuties eū labijs caritatis mee
Da mihi in Lcō qnta. animo ↄſtantiā vt cōtemnā illū ⁊ ꝟtutē eius ⁊ euertam illū erit em̄ memoꝛiale nois tui cum manus ſ deiecerit eū femine Non em̄ in multitudine eſt ꝟtus tua dn̄e.neqꝫ i equoꝝū viribus volūtas tua neqꝫ ſupbi placuerūt tibi ab initio ſed humiliū ac māſuetoꝝū tibi ſp placuit depcatio
Deus celoꝝ L.ſexta aquarūqꝫ creatoꝛ ⁊ dn̄s totius creature exaudi me miſeram depꝛecantē ⁊ de tua miſericoꝛdia pſumentē Memēto dn̄e teſtamēti tui ⁊ da verbū in oꝛe meo ⁊ in coꝛde meo conſilium coꝛroboꝛa.vt domus tua i tua ſanctificatiōe pmaneat ⁊ oēs gentes agnoſcant qm̄ tu es deus ⁊ non ē alius pꝛeter te. ¶ De heſter p ebdōm Lcō pma.
Eoluto tempoꝛ p oꝛdinē inſtabat dies q̊ heſter filia abiahel fr̄is mardochei quā ſibi adoptauerat in filiā intrare debuit ad regē Que n̄ q̄ſiuit muliebꝛē cultū ſꝫ q̄cūꝫ voluit egeꝰ eunuchꝰ cuſtos ꝟginū hec ei ad oꝛnatū dedit
Erat em̄ foꝛmoſa valde ⁊ incredibili pul L ſcōa

chritudine oim̄ ocul' gͣciosa ⁊ amabil' videbať Ducta ē ita q̃ȝ ad cubiculū regis aſſueri mēſe decimo q̄ vōtur tebeth ſeptimo āno regni ei⁹ ⁊ amauit eā rex pluſq̄ȝ om̄es mulieres habuitq̄ȝ grāȝ ⁊ miāȝ corā co ſup oēs mulieres ⁊ poſuit dyadema r̄gni in capite Fecitq̄ȝ eā re⸗ ⟨g⟩ eius. R.iij. gnare in loco vaſti ⁊ iuſſit cō uiuiū pparari p magnificuȝ cūctis pricipib⁹ ⁊ ſeruis ſuis p ꝯiūctione ⁊ nuptijs heſter ⁊ dedit requiē vniuerſis prouincijs ac dona largit⁹ ē iux magnificētiā principalem.

Per ebdōm R. pma. Mardocheus aūt depcatus eſt dn̄m memor oim̄ operū ei⁹ ⁊ dixit Dn̄e d̄s rex oṗs inditione tua cūcta ſunt poſita ⁊ nō eſt q̄ tue poſſit reſiſtere volūtati ſi decreuer͡ ſaluať iſrl' ⁊ ꝯtinuo libabimur Tu feciſti celū ⁊ ter R.ij. rā ⁊ q̄cq̄d celi ābitu ꝯtinetur dn̄s oim̄ es nec eſt q̄ reſiſtat maieſtati tue. Cuncta noſti ⁊ ſcis q: nō p ſupbia ⁊ ꝯtumelia et aliqua glorie cupiditate feceri h̄ vt n̄ adorauerim amā ſupbiſſimū Tu. L. fcia Libenter eñ p ſalute iſrl' etiā veſtigia pedū ei⁹ deoſculari pat⁹ eēm ſȝ timui ne honorē dei mei trāſſerrē ad hominē ⁊ nequēq̄ȝ adorarē ex⸗cepto d̄o meo Et nūc dn̄e rex de⁹ abrahā miſerere ppl̄i tui q: volūt nos iimici nr̄i pde⸗re ⁊ hereditatē nrāȝ delē Ne deſpitias ptē tuāquā r̄demiſti tibi de egipto Machabeorū hiſtoria Ad M. ſabbatis ⁊ infra ebdōm ad̄ne.

Adaperiat dn̄s cor vr̄m i lege ſua et i pceptis ſuis ⁊ faciat pacē i dieb⁹ noſtris ã. Da pacē dn̄e in dieb⁹ nr̄is q: nō ē ali⁹ q̄ pugnet p nob niſi tu d̄⁹ nr̄. ã Ornauerūt faciem tēpli cordis aure⸗is et dedicauērūt altare dn̄o ⁊ fcā ē leticia magna i ppl'o. ã. Extēde dn̄e brachiū tuū ⁊ liba aiās nrās ne peam⁹. ã Tua ē potētia tuū r̄gnū dn̄e tu es ſup oēs gētes da paceȝ

in diebus nr̄is deus iſrl' ℟

A Daperiat dn̄s cor vr̄m in lege ſua ⁊ in p̄ceptis ſuis ⁊ faciat pacē in dieb⁹ veſtris Cōcedat vobis ſalutē ⁊ redimat vos a malo. ℣. Exaudiat dn̄s orōes vr̄as ⁊ recōſilief vob nec vos deſerat in tpe malo Cō. ℟. Exaudiat dn̄s orōes vr̄as ⁊ recōſilietur vobis nec vos deſerat in tpe malo Dn̄s ds nr̄. ℣. Det vobis cor oibus vt colatis eū ⁊ faciatis ei⁹ volūtatem Dn̄s. ℟ Tua eſt potentia. tuū regnum dn̄e tu es ſup oēs gentes Da pacē dn̄e i dieb⁹ nr̄is ℣. Creator oīm ds terribilis ⁊ fortis iuſtus ⁊ miōrs Da ℟. Impetum inimicorū ne timueritis memores eſtote q̄modo ſalui fcti ſunt p̄rēs noſtri Et nūc clamem⁹ in celū ⁊ miſerebif nr̄i dn̄s de⁹ nr̄. ℣. Memētote mirabiliū eius q̄ fecit pharaoni ⁊ exercitui ei⁹ in mari rubro. Et. ℟. Ornauerūt faciē tēpli coronis aureis ⁊ dedicauerūt altare dn̄o Et fcā eſt leticia magna in pplo ℣. In ymnis ⁊ ↄfeſſionib⁹ bn̄dicebāt dn̄ū Et. ℟ In ymnis ⁊ ↄfeſſiōib⁹ bn̄dicebāt dn̄m Qui magna fecit in iſrael ⁊ victoriā dedit ill' dn̄s ops. ℣. Ornauerūt facieʒ tēpli coronis aureis ⁊ dedicauerūt altare dn̄o. Qui ℟.

Cōgregati ſunt inimici nr̄i ⁊ glanf in virtute ſua cōtere fortitudinē illoꝝ dn̄e ⁊ diſp̄ge illos Ut cognoſcāt q᷑ non eſt alius q̄ pugnet ꝓ nob niſi tu ds nr̄. ℣. Diſpge illos in v̄tute tua ⁊ deſtrue eos ꝓtector nr̄ dn̄e. Ut. ℟ Dixit iudas ſymoni fratri ſuo Elige tibi viros ⁊ vade libera fr̄es tuos in galileā ego aūt ⁊ ionathā frāf me⁹ ibim⁹ in galadithi Sicut fuerit volūtas in celo ſic fiat ℣ Et nūc clamās in celum ⁊ miſerebitur noſtri deus nr̄ Sicut ℟. Refulſit ſol in clipeos aureos ⁊ r̄ſplēduerūt mōtes ab eis Et fortitudo gētiū diſſipata eſt ℣ Erat eñ exercit⁹ magn⁹ valde ⁊ fortis ⁊ appropiauit iudas ⁊ exercit⁹ ei⁹ in p̄liū. Et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

℟. Congregate ſunt gẽtes in multitudine vt dimicent contra nos ⁊ ignoꝛamꝰ qd agere debeamꝰ Dñe ds ad te ſunt oculi nr̄i ne peamꝰ ℣. Api oculos dñe ⁊ vide afflictionẽ noſtrã. Dñe. ℟. Api oculos tuos dñe ⁊ vide afflictionẽ nrãꝫ. circũdeder̄t nos gẽtes ad puniendũ nos. Sꝫ tu dñe extẽde bꝛachiũ tuum ⁊ libera aias nrãs ℣. Cõgregate ſunt gẽtes in multitudine vt pugnẽt ꝯ nos. Sꝫ. tu ℟ Tu dñe vniuerſoꝝ q̇ nullam habes indigentiã voluiſti tẽplũ tuũ fieri in nobis. Cõſerua domũ iſtã immaculatã in et̄nũ dñe. ℣. Tu elegiſti dñe domũ iſtã ad inuocãdũ nomẽ tuũ in ea vt eẽt domus oꝛõis ⁊ obſecratõis nõi tuo Cõ. ℟. Diſrũpã vincula ppl̄i mei dicit dñs ⁊ diſpdã oia mala q̇ induxi ſuper eũ Et auferã vniuerſũ laboꝛẽ a facie fre⁊ a ciuitate iſta ℣. Ego ſuꝫ ꝓtectoꝛ tuus q̇ deleo iniq̇tates tuas Et. ℟ Hic ẽ frm̄ amatoꝛ ⁊ ppl̄i iſrl̄. Hic eſt q̇ multũ oꝛat ꝓ ppl̄o ⁊ vniuerſa ſcã ciuitate ihꝛl̄m. ℣ Uir iſte in ppl̄o ſuo mitiſſimus apparuit Hic.

Machabeoꝝ dñica p̄ma.

Lectio prima.

Et factũ eſt poſtq̃ꝫ ꝑcuſſit alexãder philippi macedo q̇ p̄mus regnauit in grecia egreſſus de terra cethim dariũ regẽ pſarũ ⁊ medoꝛũ ꝯſtituit p̄lia multa ⁊ oim obtinuit munitiões ⁊ interfecit reges terre ⁊ pertranſijt uſq̧ꝫ ad fines terre ⁊ accepit ſpolia multitudinis gẽtiũ ⁊ ſiluit terra inꝯſpectu eius Tu

Lcõ ſcḋa

Et ꝯgregauit virtutẽ ⁊ exercitũ foꝛtem nimis Et exaltatum ẽ ⁊ eleuatũ coꝛ eius⁊ obtinuit regiones gẽtiũ ⁊ tyrãnos Et facti ſunt illi in tributũ. Et poſt hec decidit i lectũ Et ꝯgnouit qꝛ moꝛeref ⁊ vocauit pueros ſuos nobiles q̇ ſecũ nutriti erãt a iuuẽtute ſua ⁊ diuiſit illis regnũ ſuum cum adhuc viueret

Lectio tercia.

Et regnauit alexand̄ ānis duodecim ⁊ mortuus eſt. Et obtinuerūt pueri eius regnū vnuſqſqꝫ in loco ſuo ⁊ impoſuerūt ſibi omnes diademata poſt mortē ei⁹ ⁊ filij eorūꝫ p⁹ eos ānis multis Et multiplicata ſunt mala in t̄ra. Tu

Lectio quarta

Et exijt ex eis radix peccati anthiochus illuſtris filius anthiochi regis q̄ fuerat rome obſes ⁊ r̄gnauit in anno centeſimo triceſimo ſeptimo regni grecoꝝ In dieb⁹ illis exierūt de iſrl' viri iniqui ⁊ ſuaſerūt multi̇s dicētes Eamus ⁊ diſponam⁹ teſtamentū cū gētib⁹ q̄ circa nos ſunt Quia ex quo receſſimus ab eis inuenerūt nos multa mala Tu

Lcō quinta

Et bon⁹ viſus eſt ſermo in oculis eorū ⁊ deſtinauerūt aliq̄ de pplo ⁊ abierunt ad regē ⁊ dedit illis ptātē vt facerēt iuſticias gētiū Et edificauerūt gingnaſiū in iheroſolimis ſecūdū leges nationūꝫ ⁊ fecerūt ſibi p̄putia ⁊ receſſerunt a teſtamēto ſancto et iuncti ſunt nationibus ⁊ venūdati ſunt vt facerent malum Tu autem.

Lectio ſexta

Et paratū eſt regnū in cōſpectu anthiochi ⁊ cepit regnare ſup duo regna. Et intrauit in egiptū in multitudine graui in curribus ⁊ elephantis ⁊ equitibus ⁊ copioſa nauium multitudine ⁊ ꝯſtituit bellum aduerſus tholomeūꝫ regem egipti Tu autem.

Per ebdomadam

Lectio prima

Et miſit rex anthioch⁹ libros per manus nunciorum in iheruſalem ⁊ omnes ciuitates iudee vt ſequerentur leges gentium terre ⁊ prohiberent holocauſta et ſacrificia ⁊ placationes fieri in templo dei prohiberent celebrari ſabbatum ⁊ diem ſolēneꝫ. ⁊ coinquinari iuſſit ſancta et ſanctum populum iſrahel Tu autem domine

Lcō ſecunda

Et iuſſit edificare aras ⁊ tēpla ⁊ ydo

a ꝛ immolare carnes ſuillas et pecoꝛa cõia ꝛ reliquere filios ſuos incircũciſos ꝛ coinqnari aiãs eoꝝ in õnib⁹ imundicijs et abhõinationib⁹ ita vt obliuiſcerẽt legeȝ ꝛ imitarent ões iuſtificationes dei Et qcũqȝ nõ feciſſet ſcdm ꝟbũ regis anthioci moꝛẽt. L. iij

Secũdũ oia ꝟba hec ſcripſit regno ſuo ꝛ ꝑpoſuit pꝛincipes q hec fieri cogerẽt. Et iuſſerunt ciuitatib⁹ iude ſacrificare Et congregati ſunt multi de populo ad eos qui dereliquerant legẽ dñi Et fecernut multa ſuper terrã Et effugauerũt ppl'ȝ iſrl'i abditis ꝛ in abſcondito fugitiuoruȝ locis. ¶ Per ebdõm L. pª

Et reſpõdit mathathias dixitqȝ voce magna Et ſi omnes gentes regi anthiocho obediũt vt diſcedat vnuſquiſqȝ a ſeruitute legis patrum ſuoꝛum et conſentiant mãdatis ei⁹: ego ꝛ filij mei et frẽs mei obedie⁹ legi patꝝ noſtrorum pꝛopitius nobis ſit deus

Lectio ſecunda

Non ẽ nobis vite relinqre leges ꝛ iuſtitias dei Non audiem⁹ verba regis ãthiochi nec ſacrificabim⁹ ydolis trãſgredietis legis nr̃e mãdata vt eam⁹ altra via Et vt ceſſauit loqui verba hec: acceſſit quidam iudeus ĩ ocul' õniũ ſacrificare ydolis ſup aram ĩ ciuitate modin ſecũdũ iuſſuȝ regis Tu autem

Et vidit L. tertia

mathathias ꝛ doluit ꝛ cõtremuerũt renes ei⁹. ꝛ accẽſus eſt furor ei⁹ ſcdm iuditiũ legis inſiliẽs trucidauit eũ ſup altare Sed ꝛ virũ quẽ miſerat rex anthiochus qui cogebat immolare occidit ĩ illo tẽpore et arã deſtruixt Et zelatus eſt legẽ ſicut phinees zambꝛi filio ſalomi

Dominica ſecunda

Letio prima

Et circuiuit mathathias et amici ei⁹ et deſtruxerunt aras ꝛ circũciderũt pueros ĩcircũciſos quotqt inuenerũt ĩ finib⁹ iſrl'i foꝛ

titudine. ⁊ pſecuti ſunt filios ſupbie ⁊ pſperatū ē opus i manib⁹ eoꝝ Et obtinuerūt legē de maib⁹ gētiū ⁊ de manib⁹ regū: ⁊ ñ dederūt cornu peccatori L. ſecunda.

Et appropiquauerūt dies mathathie moriendi et dixit filijs ſuis. Nūc ꝯfortata eſt ſupbia ⁊ caſtigatio ⁊ tēpus euerſiōis ⁊ ira idignationis nūc ergo o filij emulatores eſtote legis ⁊ date aiās vrās pro teſtamēto patrū ⁊ memētote opm patꝝ q̄ fecerūt i gñatiōib⁹ ſuis ⁊ accipietꝭ gloriā magnā ⁊ nomē eťnū L. tcia

Abrahā nōne i tēptatione inuēt⁹ eſt fidelis ⁊ reputatū eſt ei ad iuſticiā Joſeph i tēpore anguſtie ſue cuſtodiuit mādatū ⁊ fact⁹ ē dñs egipti Phinees pť nť zelādo zeluꝫ dei accipit teſtamentū ſacerdocij eterni Jħs dū implet ṽbū fact⁹ eſt dux in iſrahel

Lectio quarta

Calef dū teſtificať in eccľa accepit heriditatē. Dauid i ſua miā ꝯſecut⁹ ē ſedē regni in ſecula Helias dū zelat zelū legis recept⁹ ē i celū Ananyas azarias myſael credētes liberati ſunt de flāma Daniel i ſua ſimplicitate liberatus eſt de ore leonū

Lectio quinta

Et ita cogitate p gñatione ⁊ gñatione q: oms q ſperāt in eū nō ifirmātur Et a ṽbis viri peccōris ne timueritis cū fecrit; q̄ pcepta ſunt vobis a deo viuo deo nr̄o q: gloria ei⁹ ſterc⁹ ⁊ ṽmis eſt hodie extolliť ⁊ cras ñ inueniet q: ꝯuerſus ē i terrā ſuā ⁊ cogitatio ei⁹ pijt L. ſexta

Uos ergo filij cōfortamini ⁊ viriliter agite i lege qa i ipſa gl'oſi eritis Ecce ſimō fraẗ vr̄ ſcio q̄ꝫ vir ꝯſilij ē ipm audite ſemp ⁊ ipe erit vob pť Et iudas machabe⁹ fortꝭ viribus a iuuētute ſua ſit vob pnceps milicie. ⁊ ipſe aget bellū ppli Per ebdōmadā

Lectio prima.

Et audiuit ſerō pnceps exercit⁹ ſyrie q cōgregauit iudas ꝯgregationē fidelium

Lectio prima.
Taqȝ alienat⁹ mēte antbioc⁹ nō cōſiderabat ꝙ ꝑpter pctā habitantiū ciuitati modicū dn̄s fuerat irat⁹ ꝑpter qđ ⁊ accidit circa locum deſpectio. Alioquin niſi cōtigiſſet eos multis pctis eē inuolutos ſicut heliodorus q̄ miſſus eſt a ſeleuco rege ad expoliandū erariū etiam hꝰ ſtatim aduenieñs flagellatus repulſus vtiqȝ fuiſſet ab audacia. Lcō ſecunda.
Uerum nō ꝑpter locū gētem ſed ꝑpter gentes locum dn̄s elegit. Jđ ⁊ ipe loc⁹ malorꝫ pticeps fact⁹ ē ppli. Poſtea aūt fiet ſoci⁹ ⁊ bonorum Et q̄ derelict⁹ ē in ira dei dn̄i potēs iterū in magni dei recōſiliatiōe cum ſumma gl'a exaltabitur. L tercia.
Igitur antioch⁹ mille octingentis ablatis de templo talētis velocit antiochiā reuerſus ē exiſtimās ſe pre ſupbia terrā ad nauigandū pelagus ꝟo ad iter agendū ducturū ꝑpter mentis elatō nē. Reliq̄t aūt ⁊ ꝓpoſitos ad affligendum gentē iheroſolimis quidē philippū gn̄e frigem moribꝰ crudeliorē eoipſo a q̊ cōſtitut⁹ ē. Dōc. iiij.
Lectio prima.
Sed non poſt multum tempus miſit rex ſenē quēdā anthiochenū q ꝯpelleret iudeos vt ſe trāſferrent a patrijs ⁊ dei legib⁹: ꝯtaminarēt etiā qđ i iheroſolimis erat templū ⁊ cognominare iouis olimpij ⁊ in gazarim ꝑut erāt hi q̄ locū inhabitābāt iouis hoſpitalis. L 2ª
Peſſima aūt ⁊ vniuerſis ḡuis erat malorꝫ icurſio Nā tēplū luxuria ⁊ ꝯmeſſatōib⁹ erat plenū ⁊ ſcortātiū cū meretricibus. ſacratiſqȝ edibus mulieres ſe vltro ingerebāt intro ferētes ea q̄ nō licebāt Altare etiā plenū erat illicitꝫ q̄ legibus ꝓhibebantur. Tu.
Neqȝ em̄ ſabbata L 3ª cuſtodiebant neqȝ dies ſolēnes prie ſeruabant nec ſimplr ſe qſqȝ iudeū eē ꝓfitebat Ducebant aūt cū amara ne

ceſſitate in die natalis r̄egis ad ſacrificia ⁊ cū liberi ſacra celebrarent cogebant hedera coronati libo circuire L.iiij

Decretū āt exijt in proximas gētiliū ciuitates ſuggerētib⁹ ptholomeis vt pari mō ⁊ ipſi aduerſus iudeos agerent vt ſacrificarēt Eos āt q nollent trāſire ad inſtituta gentiū interficerēt Erat āt h̄ videre miſeria Lcō qnta

Que ei mulieres delate ſunt natos ſuos circūcidiſſe q̄s infantib⁹ ad vbera ſuſpēſis cū publice p ciuitatē circūduxiſſent p muros p̄cipitauerūt Alij vero ad proximas coeūtes ſpeluncas ⁊ latenter diez ſabbati celebrantes cum indicati eēnt philippo flāmis ſuccēſi ſunt eo q̄ verebāt propter religionē ⁊ obſuātiam manu ſibimet auxiliū ferre.

Obſecro āt eos q̄ L.vi. hūc libꝝ lcūri ſunt ne abhorreſcāt ppt aduerſos caſus ſꝫ reputēt ea q̄ acciderūt nō ad interitū ſꝫ ad correctiōeꝫ eſſe gn̄is nr̄i. Etei multo tpe nō ſinere pctōrib⁹ ex ſnia agere ſꝫ ſtati vltiōes adhibere magni bn̄ficij eſt indiciū Per

Iebdōm Lcō pma

Iudas ꝙo machabe⁹ et qui cū illo erāt introibāt latenter caſtella ⁊ ꝯuocātes cognatos ⁊ eos q̄ pmāſerāt in iudaiſmo aſſumētes eduxerūt ad ſe ſex miliaviros ⁊ inuocabāt dn̄m vt reſpiceret i ppl̄m q̄ ab oibus ꝯculcabat ⁊ miſeret tēpli qd̄ ꝯtaminabat ab impijs Lcō.ij.

Miſerentur etiā exterminio citatis q̄ eēt illico ꝯplanāda ⁊ vocē ſanguinis ad ſe clamātis audiret Memorarent q̄ꝫ iniqſſimas mortes puulorū innocētiū ⁊ blaſphemias noi ſuo illatas.⁊ indignaret

Et macha ſup his L.iij be⁹ ꝯgregata mltitudine intollerabilis efficiebat gētib⁹ Ira ei dn̄i in miām ꝯuerſa eſt ſupueniēs caſtellis ⁊ ciuitatibus in puiſus ſuccēdebat eas ⁊ oportuna loca occupās nō paucas hoſtium ſtrages dabat. Maxime autem noc

ꝛ ecclaꝫ ſecũ ꝛ ait Faciã mi-
bi nomẽ ꝛ glorificabor in re
no meo ꝛ debellabo iudã. ꝛ
eos q cũ ipo ſunt q ſpnebãt
v̄bũ regis Lcõ ſcda
ET prepauit ſe ꝛ aſcẽderũt
cum eo caſtra impiorum for
tes auxiliarij vt facerẽt vin
dictã in filios iſrl' Et appro-
pinquert vſqꝫ ad betherõ Et
exiuit iudas obuiã illis cum
paucis Ut viderẽt ãt exercitũ
veniẽtẽ ſibi obuiã dixerũt iu
de Quõ poterim⁹ pauci pu-
gnare ad multitudinẽ tãtaꝫ
tã fortem Et nos fatigati ſu
mus ieiunio hodie L. iij.
ET ait iudas. Facile eſt cõ
cludi multos i man⁹ pauco-
rũ ꝛ nõ ẽ diffrẽtia in ꝯſpctũ
dei celi libare i multꝭ ꝛ i pau
cis Qm̃ nõ ẽ in multitudine
exercit⁹ victoria belli ſꝫ de ce
lo fortitudo eſt. Itẽ p ebdõꝫ
Lectio prima
ET vidit iudas ꝛ frẽs e-
ius q: multiplicata ſunt ma
la ꝛ exercit⁹ applicabat ad fi
nes eoꝝ. Et ꝯgnouert v̄ba re
gis que mãdauit pplo facer

in interitũ ꝛ ꝯſummationeꝫ
Et dixert vnuſqſqꝫ ad proxi
mũ ſuũ Erigam⁹ deiectiõem
ppli noſtri ꝛ pugnem⁹ p po
pulo nr̃o ꝛ ſanctis nr̃is Lu.
ET ꝯgregatus Lcõ. ij.
eſt ꝯuentus vt eẽnt in plium
ꝛ vt orarent ꝛ peterent mĩaꝫ
ꝛ miſerationes Et ihrl'm nõ
inhabitabat ſꝫ erat ſicut de
ſertũ Nõ em̃ erat q ingrede
retur ꝛ egrederet de natꝭ ei⁹
ꝛ ſcm̃ ꝯculcabat ꝛ filij alieni
generũ erãt in arche Ibi eãt
habitatio gentiũ. L. iij.
ET ablata eſt voluptas ab
iacob ꝛ defecit ibi tibia ꝛ cy
thara Et ꝯgregate ſunt gẽtes
ꝛ venerũt in maſphat cõtra
ihrl'm q: locus orõis erat in
maſphat anq̃ꝫ in ihrlꝫ. Et ie
iunauerũt illa die ꝛ induert
ſe cilicijs ꝛ cinerẽ impoſuert
in capite ſuo. Dñica fcia
Lectio prima.
FRatribus q ſunt p
egiptũ iudeis ſalutẽ
dicunt fratres q ſunt in ihe-
roſolimis iudei ꝛ q in rgiõe
iudea ꝛ pacẽ bonã Bñfaci

at vobis deꝰ ⁊ meminerit te
ſtamēti ſui qđ ad abꝛahaꝫ ⁊
yſaac ⁊ iacob locutꝰ ē ḃuoꝝ
ſuoꝝ fideliū ⁊ det vobis coꝛ
ōnibꝰ vt coiatis eū ⁊ faciatis
eiꝰ voluntatē coꝛde magno ⁊
animo volenti. Lcō ſcḋa.

Sapiat coꝛ vr̄m in lege
ſua ⁊ i p̄ceptis ſuis ⁊ faciat
pacē. Exaudiat oꝛōes vr̄as ⁊
reconſiliet vobis nec vos de
ſerat in tpe malo. Et nunc h̄
ſumꝰ oꝛantes ꝑ vobis regnā
te demetrio anno cētesimo
ſexageſimonono. Tu Lcō t̄cia

Nos iudei ſcripſimꝰ vob
in tribulatione et impetu q̄
ſupuenit nob in iſtis ānis ex
q̄ receſſit yaſona ſcā t̄ra et a
regno. Poꝛtā ſuccenderūt ⁊
effuderūt ſanguinē innocētē
Et oꝛauimꝰ ad deū ⁊ exaudi
ti ſumꝰ ⁊ obtulimꝰ ſacrificiū
⁊ ſimilaginē ⁊ accendimꝰ lu
cernas ⁊ poſuimus panes ⁊
nūc frequētate dieſ ſcenophe
gie menſis caſleu. L. q̄rta

Anno centeſimo octoge
ſimo octauo ppl's q eſt
in iheroſolimis ⁊ i iudea ſe-
natuſq3 ⁊ iudas ariſtobolo
mgr̄o regis ptholomei q̄ eſt
de gn̄e criſtoꝝ ſacerdotum ⁊
his qui in egipto ſunt iudis
ſalutē ⁊ ſanitatē De magnis
periculis a deo liberati mag
nifice grās agimꝰ ipi vtpote
q aduerſus taleꝫ regē dimi-
cauimus. Lcō quinta

Ipſe eñ ebulire fecit de
pſide eos qui pugnauerūt ꝯ
nos ⁊ ſcām ciuitatē. Nā cuꝫ
in pſide eſſet dux iſte ⁊ cum
ipo immēſus exercitꝰ cecidit
in tēplo nanee cōcilio decep
tus ſacerdotis nanee. Etenī
cū eo habitaturꝰ venit ad lo
cū anthiocꝰ ⁊ amici eiꝰ ⁊ vt
acciperet pecunias multas
dotis nomine. Lcō ſexta

Quncq3 ꝑpoſuiſſent eas ſa
cerdotes nanee ⁊ ipe cū pau
cis ingreſſus eēt intra ambi
tū phani clauſerunt templū
cū intraſſet anthyochus ap
toq3 occulto adito tēpli mit
tētes lapides pcuſſerūt ducē
⁊ eos q cū eo erāt ⁊ diuiſert
mēbꝛatim ⁊ capitibꝰ āputatꝭ
foꝛas ꝓiecerūt. Per ebdōm

tib⁹ad huiuſcemõi excurſus ferebať ⁊fama x̃tutis ei⁹ vbi qꝫ diffundebať Lu De pꝓphetis ſabba. ⁊ infra ebdõm ad mgt Cap. require infra. ã

Vidi dñm ſedentē ſup ſoliũ excelſum ⁊ plena erat oĩs terra maieſtate eius ⁊ ea q̃ ſub ipo erãt replebãt templū ã. Sup muros tuos ihꝛłꝫ ꝯſtitui cuſtodes tota die ⁊ tota nocte non tacebũt laudaꝛ nomē dñi. ã Qui celoꝝ ꝯtines thꝛonos ⁊ abiſſos intueꝛ dñe rex regũ mõtes ponderas. terraꝫ palmo ꝯcludis exaudi nos deus in gemitib⁹ nris ã. Suſtinuim⁹ pacē ⁊ nõ venit q̃ſiuim⁹ bona ⁊ ecce turbatio cognouimus domine peccata nr̃a ne ineternũ iraſcaris nobis deus iſrahel. ã. Muro tuo inexpugnabili circũcigē nos dñe ⁊ armis tue potētie ꝓtege nos ſp deus iſrahel ℞. Vidi dñm ſedentem ſuper ſolium excelſum ⁊ eleuatum ⁊ plena erat oĩs terra maieſtate eius ⁊ ea q̃ ſub ipſo erant replebant templũ. ℣. Seraphin ſtabat ſup illō ſex ale vni ⁊ ſex ale alteri Et. ℞ Reſpice dñe de ſede ſcã tua. ⁊ cogita de nob inclina deus me⁹ aurē tuã ⁊ audi Api oculos tuos ⁊ vide tribulatione nr̃ãm. ℣. Reſpice dñe de ſcũario tuo ⁊ de excelſo celorũ habitaculo Aperi. ℞. Aſpice dñe q꞉ fcã eſt deſolata ciuitas plena diuitijs ſedet in triſticia dña gētiũ Nõ ē q ꝯſoleť eam niſi tu de⁹. ℣. Plorãs plorauit i nocte ⁊ lachꝛime ei⁹ in maxill' ei⁹. ℞. Sup muros tuos ihꝛł'm ꝯſtitui cuſtodes Tota die ⁊ tota nocte ñ tacebãt laudare nomē dñi ℣. Qui remiſcimini dñi ne taceatis ⁊ ne detis ſilētiuꝫ ei. Tota die ℞ Muro tuo inexpugnabili circũcinge nos domine ⁊ armis tue potētie ꝓtege nos ſemp. Libera dñe de⁹ iſrł' clamãtes ad te. ℣. Erue nos i mirabilib⁹ tuis et da gl'aꝫ noi tuo Li. ℞. Suſtinuim⁹ paceꝫ ⁊ nõ venit q̃ſiuiſ

mus bona et ecce turbatio ↄg
nouim⁹ dñe pctã nrã Nõ ĩp
petuũ obliuiſcaris nos ℣.
Peccauim⁹ dñe cũ patribus
nrĩs iniuſte egim⁹ ĩiqtatẽ fe-
cim⁹ Nõ imppetuũ ℟.
Miſit dñs ãgelũ ſuũ ⁊ cõclu
ſiit ora leonũ Et nõ me cõta
minauerũt. q: corã eo iuſtiti
a inuẽta eſt ĩ me ℣. Miſit ds
miãz ſuã et veritatẽ ſuã ani
mã meã eripuit d medio ca
tulorꝫ leonũ Et ℟. Anguſtie
mihi ſunt vndiqꝫ ⁊ qd eligã
ignoro meli⁹ eſt mihi incide
re in man⁹ hoim qꝫ derliqre
legẽ di mei ℣. Si eĩm hoc ege
ro mors mihi eſt ſi autẽ nõ
egero effugiã man⁹ vrãs ℟
Laudabilis popul⁹ quẽ dñs
exercituũ bñdixit dicẽs op⁹
manuum mearuꝫ tu es hẽdi
tas mea iſrael. ℣. Beata
gens cui⁹ eſt dñs deus ei⁹ po
pul⁹ electus here. ℟.
Gẽti peccatrici pplo pleno
pctis Miſerere dñe de⁹. ℣
Eſto placabil' ſup neqcia po
pli tui ℟. Redemit dñs pplꝫ
ſuũ ⁊ liberauit eos. ⁊ veniẽt

et exultabũt in mõte ſyon et
⁊ gaudebũt de bonis dñi ſup
frumẽto vino ⁊ oleo Et vl-
tra nõ eſurient ℣. Et fructu
frumẽti vini ⁊ olei ſui multi
plicati ſunt Et vltra. ℟. A
facie furoris tui de⁹ cõturba
ta eſt omnis terra ſꝫ tu dñe
miſerere Et ne facias cõſum
macionẽ ℣. Cõuerte nos de-
us ſalutaris noſter. ⁊ auerte
iram tuam a nobis ℟.
Fluct⁹ tui ſup me trãſierũt
et ego dixi expulſus ſũ ab o-
cul' tuis Putas videbo tem
plũ ſcm̃ dñi ℣. Abiſſus valla
uit me et plagus coopuit cã
put meũ Putas. ℟. Indi
cabo tibi homo quid ſit bo
nũ aut quid dñs reqrat a te
Facere iudiciũ ⁊ iuſticiã et
ſollicite ãbulare cũ do tuo ℣
Spera ĩ dño ⁊ fac bonitatẽ
et inhabita terrã et paſceris
in diuicijs eius. Facere ℟.
Qui celorꝫ ↄtinens thronos
et abyſſos intueris dñe rex
regũ mõtes põderas trã pal
mo ↄcludis Exaudi nos de⁹
in gemitib⁹ nrĩs ℣. Nõ eĩm

in iuſtificationib⁹ nr̄is pſter nimus pces añ faciē tuā. ſed in miſerationib⁹ tuis multiſ. Ex. R. Ciuitatē iſtā tu circū da dñe ꝛ angeli tui cuſtodi-ant muros Exaudi dñe ppl'z tuū cuȝ mīa. Auertat furoꝛ tuus dñe a ppl'o tuo ꝛ a ciui tate ſcā tua Ex Dñica p⁹ de pphis Sequētia capl'a de p phetꝭ dñr tm̄ dñicis dieb⁹ ꝛ i fra ebdōm capl'a dñicalia

Ad vš capl'm

Vidi ꝛ ecce q̄ſi aſpcūs ſaphiri ſilitudo throni ꝛ ſup ſimilitudinē throni q̄ſi aſpe-ctus hois h' eſt āt viſio ſimi-litudinis gl'e dei Lcō pma

Et factū eſt in triceſiō āno in quarto in qui ta menſis cum eēm in medio captiuoꝝ iuxta fluui um chobar Apti ſunt celi et vidi viſiones dei In quita mēſis ipe ē ann⁹ qnt⁹ trāſmig tionis reg; ioachiȝ fcm̄ eſt v bū dñi ad ezechiel filiū buſi ſacerdotem in terra caldeoꝝ ſecus fluuiū chobar Et fcā ē ſup eum manus dñi Hec dt dñs de⁹ conuertimini ad me ꝛ ſalui eritis Lcō ſecūda

Et vidi ꝛ ecce ventus tur binis veniebat ab aquilone ꝛ nubes magna ꝛ ignis in-uoluens ꝛ ſplendoꝛ in circui tu eius Et de medio ei⁹ quaſi ſpēs electri id eſt d medio ig nis ꝛ ex medio eoꝛū ſilitudo q̄tuoꝛ aīaliuȝ ꝛ hic aſpectus eoꝛum Hec Lcō tercia

Similitudo hois in eis. Et q̄tuoꝛ facies vni ꝛ q̄tuoꝛ pē-ne vni ꝛ pedes eoꝛū pedes re cti ꝛ plāta pedis eoꝛuȝ quaſi planta pedis vituli Et ſcin-tille q̄ſi aſpectus eris cadētꝭ ꝛ manus hois ſub pēnis eo-rū in q̄tuoꝛ ptibus Hec dicit

Lectio quarta

Et facies ꝛ pēnas p q̄ tuoꝛ ptes habebāt iuncteqȝ erant penne eoꝝ alterius ad alterum non reuertebantur cū incederēt ſed vnūq̄dq; añ faciē ſuā gradiebat Silitu-do aūt vultus eoꝝ facies ho minis ꝛ facies leonis a dex-tris ipoꝛū q̄tuoꝛ. Hec

Lectio quinta



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Facies āt bouis a ſiniſtris
ipoꝝ q̄tuor: facies aqle deſup
ipoꝝ q̄tuor. Et facies eorum
ꝛ penne eorū extēte deſuper.
Due penne ſingulorū iunge-
banť. ꝛ due tegebāt corpora
eorū Et vnūq̄dq3 eorū coraz
facie ſua ambulabat L. vj.
Ubi erat impet⁹ ſpūs illic ḡ
diebanť nec reuertebātur cū
ambularēt Et ſimilitudo a-
nimaliū ꝛ aſpcūs eoꝝ q̄i car
bonū ignis ardētiū ꝛ q̄ſi aſ-
pectus lampadarū Hec erat
viſio diſcurrēs in medio ani
maliū Splēdor ignis ꝛ de ig
ne fulgor egrediēs Et aialia
ibant ꝛ reuertebantur in ſili
tudinez fulguris choruſcātis
Hec Ad matš caplz
Congregabo vos de po
pulis et adunabo de t̄ris ait
dn̄s dabo vobis humum de
terris in iſrl' vt ſitis mihi in
populū ꝛ ego ſim vob̄ in deū
Ad terciā caplm
Non errabit vltra do-
mus iſrl' a me. ne polluať in
vniuerſis p̄uaricatiōib⁹ ſuis
ſ3 erit mihi in pplz ꝛ ego ero

ei in deū. Ad vj. caplm
Recordabor pacti mei
tecū dicit dn̄s ꝛ ſuſcita
bo tibi pactū in diebus tuis
ꝛ non funderis in ſempit̄nū
Ad nonā caplm.
Vir ſi fuerit iuſt⁹ ꝛ fece-
rit iudiciū ꝛ iuſticiā ꝛ ab oi
iniq̄tate auertit manū ſuaz
hic iuſt⁹ ē vita viuet ꝛ non
morieť dicit dn̄s In. ij. vis
Conuertimini et agite
penitētiā ab oib⁹ iniq-
tatib⁹ vr̄is ꝛ non erit vob̄ in
ruinā iniq̄tatis. q2 nolo mor
tē moriētis dicit dn̄s. Per
ebdomadā Lcō p̄ma
Tu āt fili hois audi q̄cū
q3 loq̄r ad te ꝛ noli eē exaſpe
rās ſicut dom⁹ iſrl' exaſpera
trix ē Aperi os tuū ꝛ come-
de q̄cunq3 ego do tibi. ꝛ vidi
ꝛ ecce man⁹ miſſa ad me i q̄
erat inuolut⁹ lib̄. Et expādit
illū corā me q̄ erat ſcript⁹ in
tus ꝛ foris Et ſcripte erāt in
eo lamētatōes ꝛ carmē ꝛ ve.
Hec dicit Lectio ſcōa
Et dixit ad me fili hois qd̄
cūq3 inuener3 comede. ꝯmede

volumē iſtud ⁊ vadēs loq̄re
ad filios iſrael Et aperui os
meū ⁊ cibauit me volumine
illo ⁊ dixit ad me Fili hois
vēter tuus comedet ⁊ viſce-
ra tua ꝯplebūt volumie iſto
qđ ego do tibi Hec Lcō.iij.
Et comedi illud qđ ſcm̄ ē i
ore meo ſicut mel dulce Et di
xit ad me Fili hois vade ad
domū iſrl' ⁊ loq̄ris v̄ba mea
ad eos Nō em̄ ad pplm ꝓfū
di ſermonis ⁊ ignote lingue
tu mitteris ad domū iſrl' ne
q₃ ad pplos multos ꝓfundi
ſmonis ⁊ ignote lingue q̄rū
nō poſſis audire ſmones
Per ebdōm Lcō prima.
Spūs quoq₃ leuauit me
⁊ aſſumpſit me ⁊ abij
amar⁹ i idignatōe ſpūs mei
Manus em̄ dñi erat mecū
ꝯfortās me Et veni ad trāſ-
migtionē ⁊ aceruū nouaru₃
frugū ad eos q habitant iux̄
flumē chobar Hec L.ſcđa
Et ſedi vbi illi ſedebant et
māſi ibi ſeptē dieb⁹ merēs in
medio eo₄ Cū āt ptrāſiſſent
ſeptē dies ſcm̄ eſt v̄bū dñi ad
me dicēs Fili hois ſpeculato
rē dedi te domui iſrl' Et au-
dies de ore meo v̄bū ⁊ annū
ciabis eis ex me L. tercia
Si dicēte me ad impiū mor
te morier̄ nō ānūciaueris ei
neq₃ locut⁹ fueris vt auertat
a via ſua impia ⁊ viuat.ipe
impi⁹ impietate ſua morieť.
ſanguinē āt ei⁹ de manu tua
requiram Hec dicit
Dōc.ij.ad vē caplm
Quando ꝯgregauero
domū iſrael de popu
lis ſanctificabor in eis ⁊ ſciēt
q₂ ego dñs đs eo₄ cū bñfece-
ro eis Lectio prima
Et tu fili hois ſume tibi
gladiū acutū radētem
pilos ⁊ aſſumēs eū ⁊ ducens
eū p caput tuū ⁊ barba₃ tuā
⁊ aſſumes tibi ſtaterā pōde-
ris ⁊ diuides eos Terciā ptē
igne ꝯbures in medio ciuita
tis iux̄ ꝯplexionē dierū obſi-
dionis Hec dicit Lcō ſcđa
Et aſſumēs terciā ptē ꝯci-
dies gladio in circuitu eius
Terciā v̄o aliā diſpges in vē
tū ⁊ gladiū nudabo p⁹ eos.⁊

ſumes iñ puũ numerꝫ ⁊ liga
bis eos i ſũmitate pallij tui.
⁊ ex eis rurſuꝫ tolles ⁊ ꝓijci
es in medio ignis et ꝯbures
eos igni Ex eo egredietur ig
nis õnem domũ iſrael hec.
Hec dicit dñs de⁹ L.tercia
Iſtã ẽ ihꝛl'm in medio gẽtiũ
poſui eã ⁊ in circuitu ei⁹ ter
ra Et ꝯtẽſit iuditia mea vt
pl⁹ eſſet impia q̃ꝫ gẽtes ⁊ pre
cepta mea vltra q̃ꝫ terreꝛ q̄ in
circuitu ei⁹ ſunt Iudicia eñ
mea ꝓiecerũt. ⁊ in p̄ceptꝭ me
is nõ ãbulauerũt. hec dicit.
Idcirco hec dicit dñs L.4.
de⁹ qꝛ ſupaſtꝭ gẽtes que ĩ cir
cuitu vr̃o ſunt ⁊ ĩ p̄ceptꝭ me
is ñ ãbulaſtis ⁊ inditia mea
ñ feciſtis et iuxta iudicia gẽ
tiũ q̄ i circuitu vr̃o ſunt: vos
eſtis opati iõ hec dicit dñs
deus Ecce ego ad te ipſe ego
faciã in medio tui iudicia ĩ
oculis gentium hec L.vª.
Et faciam in te qd̃ non fe
ci ⁊ q̄bus ſimilia vltra ñ fa
ciã ꝓpter omnes abhõinati
ones tuas Ideo pr̃es ꝯmedẽt
filios in medio tui ⁊ filij cõe
dent patꝛes ſuos Et faciã in
te iudicia et ventilabo vni
uerſas reliquias tuas in om
nem ventum hec. Lcõ ſexta
Idcirco viuo ego dicit do
min⁹ de⁹ niſi ꝓ eo q̄ ſcm̃ me
um violaſti in oib⁹ offenſio
nibus tuis ⁊ i oib⁹ abhõiati
onib⁹ tuis ego quoq̃ꝫ ꝯfrigaꝫ
⁊ ñ p̄cet ocul⁹ me⁹ ⁊ ñ miſere
boꝛ Tercia ps tui peſte moꝛi
ef. et fame ꝯſumef in medio
tui Et t̃cia ps tui gladio ca
det i circuitu tuo. Terciã ṽo
ptẽ tuã diſpgã in oẽm vẽtũ
hec Ad mts̃. capitu
In die illa pullulabit
coꝛnu dom⁹ iſrl'. Et dabo ap
tũ os i medio eoꝝ: qꝛ ego dñs
locut⁹ ſuꝫ qꝛ iuxta ẽ dies mi
ſericoꝛdie mee Ad. iij. capl'ꝫ
Suſcitabo ſup gregẽ me
uꝫ paſtoꝛẽ vnũ ipe paſ
cet oues meas ⁊ erit eis i pa
ſtoꝛeꝫ ego autem dñs ero in
deum Ad ſextam capl'm
Suſcitabo vobis germẽ
nominatũ ⁊ nõ eritis
amplius obꝓbꝛium gentiũ
⁊ ſcietis quia ego deus vobiſ

cum ⁊ ipſe ppl'ſ me⁹ dom⁹ iſrl' Ad nonam capl'm

Montes iſrl' ramos v̄ros germinetis ⁊ fructū afferetis q: ecce ego ad vos cōuertar dicit dn̄s deus

In ſcd̄is v̄is capl'm

Nomē ſcm̄ meum notū faciā in medio ppli mei ⁊ in his'q habitāt ꝓcul in inſul'. ⁊ erit nōiata dies in qua glifi-cat⁹ſum ait dn̄s d̄s. Per ebdōm L. p̄ma

Et factus eſt ſermo dn̄i ad me dicens. Et tu fili hoīs hec dicit dn̄s d̄s terre iſrl'. Finis venit. venit fines ſup q̄tuor plagas terre Nūc finis ſuper te Et emittā furorē meū in te ⁊ iudicabo te iuxta vias tuas ⁊ ponā cōtra te oēs abhoiationes tuas Hec.

Et nō pcet oculus L. ij.ª meus ſup te ⁊ nō miſerebor ſ; vias tuas ponā ſuper te ⁊ abhoiatōes tue in medio tui erūt ⁊ ſcietis q: ego domin⁹ Hec dicit dn̄s de⁹ Afflictio vna afflictio ecce venit. Finis venit. venit finis. Euigilauit aduerſum te ecce venit Hec.

Venit ꝯtritio Lcō t̄cia. ſup te qui habitas in t̄ra venit tps ꝓpe eſt dies occiſiōis ⁊ nō gl'e ⁊ montiū Nunc de ꝓpinquo effundā irā meā ſup te ⁊ ꝯplebo furorē meū in te ⁊ iudicabo te iux̄ vias tuas. ⁊ imponā tibi oīa ſcelera tua ⁊ nō pcet ocul⁹ me⁹ neq; miſerebor Hec dicit

Dn̄ica. iij. Ad vs̄ capl'm.

In die illa exaudiā vos dicit dn̄s ⁊ dicā nō populo meo populꝰ me⁹ es tu ⁊ ipſe dicet dominus meus es tu Deo grās

Lectio prima

Anno tercio regni ioachim regis iude venit nabugodonoſor rex babilonis in ih'l'm ⁊ obſedit eā. Et tradidit dn̄s in manu ei⁹ ioachim regē iude ⁊ ptē vaſoꝝ dom⁹ dei Et apportauit ea in t̄ra ſennaar i domū dei ſui ⁊ vaſa intulit in domū theſauri dei ſui Tu autem

Lectio ſecunda

Et ait rex aſſanē ꝓpoſito eu

afferniß

nuchoꝛū ſuoꝛū vt introduce
ret de filijs iſrl' ꝛ ꝺ ſemine re
gio ꝛ tyrānoꝛū pueros in q̄
b⁹ nulla eēt macula decoꝛos
foꝛma ꝛ eruditos oīm ſapiā
cautos ſciā ꝛ doctos diſcipli
na ꝛ q̄ poſſent ſtare in pala
cio regi vt doceret eos lrās ꝛ
linguā caldeoꝝ. Lcō tcia.

ET ꝯſtituit eos rex ānonā
p ſingulos dies de cibis ſuis
ꝛ de vino vñ bibebat ipe vt
enutriti trib⁹ ānis. poſtea ſta
rent i ꝯſpcū regis Fuerūt in
ter eos de filijs iude daniel a
nanyas myzael ꝛ azarias

Lectio q̄rta

ET impoſuit eis ṗpoſit⁹
eunuchoꝝ nōia Danieli bal
tazar. ananye ſydꝛach. myza
eli myzach. ꝛ azarie abdena
go Propoſuit āt daniel i coꝛ
de ſuo ne pollueret de mēſa
regis neq3 de vino pot⁹ ei⁹ ꝛ
rogauit eunuchoꝝ ṗpoſitū
ne ꝯtaminaret L. q̄nta

DEdit āt danieli grāz ꝛ mi
ſericoꝛdiā ds in cōſpectu ṗn
cipis eunuchoꝝ Et ait prin
ceps eunuchoꝝ ad danielem
Timeo ego dn̄m meū regē q̄
ꝯſtituit vobis cibum ꝛ potū
q̄ ſi viderit vult⁹ vr̄os maci
lētioꝛes ṗ ceteris adoleſcētul'
coeuis vr̄is cōdēnabitis ca
put meū regi Tu. Lcō. vj

ET dixit daniel ad malaſ
ſar quē ꝯſtituerat pꝛincipez
eunuchoꝛū ſup danielē ana
nyam myzaelē ꝛ azaryam.
tempta nos obſecro ſuos tu
os diebus decez ꝛ dentur no
bis legumina ad veſcendū ꝛ
aqua ad bibendum ꝛ cōtem
plare vultus nr̄os ꝛ vultus
pueroꝛū q̄ veſcūtur cibo re
gio ꝛ ſicut videris ſic facies
cū ſeruis tuis Ad mtē cap

SEminate vobis in veri
tate iuſticiā metite in
oꝛe mīaz. inuocate vobis no
uale. tēp⁹ eſt aūt reqrēdi dn̄z

Ad terciā Caplm

